

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Promptvarii exequialis pars ...

Continens centurias II. dispositionum, quibus themata funebria sive
scripturae dicta varia ...

Bidembach, Felix

Francofurti, 1625

Thema LVII.

[urn:nbn:de:bsz:31-130978](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-130978)

1. Sam. 2. v. 6 Nec est quod putes, te non fore patrem ferens
do huic oneri. Non enim ultra vires tentat, 1. Cor. 10. v. 13.

Momentum ira eius, Psal. 30. v. 6. Non in perpetuum
comminabitur, Psal. 103. v. 9. Cogitur misereri, Ier. 31. v.
20. Ad vesperam fletus, Psal. 30. In momento dereliqui
te, Esa. 54. v. 7.

Huc pertinent etiam, Thren. 3. v. 23. 31. Esa. 57. vers. 16.
Esa. 60. v. 10. Hierem. 3. v. 12. Rom. 8. v. 138. Esa. 42. v. 3,
2. Cor. 12. v. 9.

F I N I S.

T H E M A L V I I.

Psal. 73. vers. 25. ad 26.

*Dummodo te habeam, non curo cælum & terram.
Si defecerit anima cum corpore, tu tamen Deus sem-
per refugium cordis mei & portio mea.*

D I S P O S I T I O.

Psalterium nobis est instar pharmacopolii instructissi-
mi, ex quo nobis omnis generis medicamenta deprome-
re licet, aduersus quoscunque animi & corporis morbos.
Estq; illorum vsus semper nobis salutaris, in vita & mor-
te, & nunquam noxius. Sicut autem inter medicamen-
ta, aliud alio semper est præstantius, & eo nomine pretio-
sius: ita omnia quidem Psalterii dicta sunt nostris ac-
commodata paroxysmis variis, aliud tamen vel ad le-
niendum, vel ad roborandum maiorem vim alio habet.
Inter maxime roborantia autem, merito hic locus Psal-
mi numeratur, quem vtinam omnes quotidie recita-
rent & cordi inscriberent, vt vim illius tanto magis fen-
tissent.

Et prima quidem fronte, hæc ipsa verba in auribus no-
stris, aliquanto durius sonare videatur, id eoq; probe ex-
cutienda erunt.

Primum autem cum Psalte discemus, quomodo post-
habitis cælo & terra vni & soli Deo adhærere debeamus,
Deinde

Deinde vero audiemus: Quid à Deo nostro nobis expectandum, quod nobis cælo & terra potius esse debeat.

I. Pars.

Multi, imo fere plerique, tantum curant terrena & mundana Terreni sunt, & terram curant. De quibus Philip. 3. v. 19. & c. Die liebsten Gort den Himmel; vnd nemens es ewig also auß Erden an.

Diligunt mundum, & quæ in mundo, 1 Joan. 2. versu. 15.

Tales erant duo diuitis, Luc. 12. vers. 17. & 16. versu. 19.

Tales illi qui coniungunt domos, Esa. 5. v. 8.

Idq; sic amant, partim vt satis habeant & possint benedicere animæ suæ, Luc. 12. v. 19. partim vero his tantum delectantur, quibus etiam non egent. Concupiscentia oculorum, 1 Joan. 2. Thut ihnen wohl / daß sie viel haben / vnd es mit den Augen ansehen. Eccles. 5. v. 10.

Plures autem non curat terram. Scit enim terram perituram cum omnibus, 2. Pet. 3. v. 10. Scit se nihil posse conferre, 1. Tim. 6. Psal. 49. v. 18. Scit terrena nihil prodesse in die iræ, Prov. 11. v. 4.

Ira nobis omnibus faciendum. Nihil habemus de terra, nisi quod mater omnium est, Syr. 40.

At tantopere non diligenda. Quia talis mater, quæ quos aliquantisper tulit & nutriuit, postea iterum consumit: & ipsa tandem consumetur.

Neo quicquam in terra præter laborem & dolorem: etiam quod pretiosum est, Psal. 90. v. 10. Quid igitur curamus limum, & puluerem: Ein Handvoll Naat.

Hoc potius agendum, vt Deum habeamus, qui terræ & cæli creator est: & qui permanet, cum illa omnia veterascent, Psal. 102. v. 27. Eius est terra & omnis plenitudo eius, Psal. 24. v. 1. Quando hunc habemus, nihil nobis deerit, Psal. 23. v. 1.

2. Dicis, Acquiesco in his, & fateor stulte agi, si ter-

ra & terrenis sic sint homines affixi: At quid hoc est quod ne cœlum quidem se curare Psaltes ait? Cum cœlum & cœlestia nos querere iubeat scriptura: Philip. 3. Coloss. 3. Hæc vero verba Psaltes non sunt intelligenda, more Epicuræorum, qui nec ipsi cœlum curant. Hoc autem vult Psaltes: se non prius in cœlum transferri velle, quam Deus voluerit. Intelligit enim quosdam prius velle hinc ad cœlos migrare, quam Deo visum sit ipsos euocare. *Es sey ihuengar zu noth in Himmel. Quomodo hoc fit? Qui sentiunt magnas tribulationes, interdum impatientia illico in cœlos transferri optant. Elias, Tolle animam meam, cum tribularetur ab Isabele. i. Reg. 19. v. 4. Ionas similiter agit, Ion. 4. v. 8. Hoc multi nostrum faciunt. At sicut non in terram oculos defigere debemus, si Deus nos velit assumere sursum, ita nec prius ad cœlos cupiamus euolare, quam DEO placuerit. In statione nostra maneamus, donec ipse dimiserit, Luc. 2. vers. 29. aut soluerit, Philip. 1. v. 23. Deum si habeamus nobiscum in terris, factus erit. Cum cœlum hoc aspectabile etiam sit transiturum.*

Deus autem si nobiscum sit, iam sumus in cœlo. Et regnum Dei intra nos est, Luc. 17. v. 21. Speciam salui sumus Rom. 8. v. 24.

II. Pars.

Inquiat aliquis: Quid refert, si maxime Deum habeamus nobiscum, cum tot fiat miseriz, vt sæpius deficere videamur anima & corpore? Et tandem moriendum, & cum dolore anima à corpore separanda?

At quantum consolationis sit nobis in vita & morte ex Dei præsentia, iam secundo loco Psaltes docet.

Primum cum defecerit corpus, Dominus tamen est nostrum refugium. Quomodo? Quia solatur cor nostrum, quod corpus sic resurrectorum in gloria. 1. Cor. 15. v. 42. & interim suaviter cubaturum in terra, vt cesset à laboribus, Apoc. 14. Esa. 26. & 56.

Dein-

Deinde si cum corpore relinquenda omnia, *tu mea portio*. Scio te mihi parasse aliud domicilium, nunquam periturum. 2. Cor. 5. v. 2. Et pro his terrenis & corruptibilibus daturū æterna & incorruptibilia bona, 1. Cor. 15. v. 42. Numquid igitur non Deus mihi charior sit omnibus bonis? Ipse hæreditas mea, Pl. 16. v. 5. Gen. 15. v. 1. Ego merces. Quod si simul omnia videantur nobis aduersari, & interitum minari, vel in vita, vel in ipsa morte, nihil timendum, nihil trepidandum: quia is nobiscum, qui maior mundo & corde, 1. Joan. 3. Ne timeas. Ego tecum, Ego feci & feram, Esa. 41. v. 10. & 43. v. 1. & 46. v. 4. Hinc Dauid: Non timebo mala, Psal. 25. v. 4. Non timebo, Psal. 3. & 27. & 49. Summa: Si Deus nobiscum, quis contra nos? Rom. 8. Tandem: si anima videatur deficere, dum à corpore separanda est, scio tamen illam nihil sentire mali & dampni. Tunc tu mea consolatio, quod sicut Esa. 38. v. 17. tu eruisti illam ne pereat: Et scio, quod in manus tuas illam sis recepturus, Sap. 3. v. 1. vt non tangat tormentum. Ideoque etiam tum tibi illam sum commendaturus, Pl. 31. v. 6. Act. 7. v. 59.

Nunquid igitur tu mihi cælo & terra melior? In te speraui. Tu petra, refugium: corporis & animæ, Psal. 31. Et alibi. Tu susceptor meus es, Psal. 3 v. 4. In te sum proiectus ab vtero, Psal. 71. v. 6. Tu renouabis faciem terræ, Psal. 104. v. 30 & cæli, Esa. 65. v. 17. Nouos cælos itaque expecto, & nouam terram, 2. Pet. 2.

Nota hic, quod licet caro videatur diuersum sentire, nec accipere istam consolationem, tamen cor aliud sentit. Ideo hic Psaltes, *Cordis mei solatium*: si maxime caro trepidet & infirma sit.

Notandum autem ad extremum, hæc tantum pertinere ad pios et eos, qui habent Dominum.

1. Illi autem habent Dominum, qui sunt Domini: & qui quærun't Dominum, dum inueniri potest, Esa. 55. v. 6. Rom. 14. v. 8. Et qui inuocant Dominum. His n. prope est, Pl. 145. Cum ipso sum, Pl. 50. & 91. Prope est, Pl. 85. v. 10.

2. Ba-

2. Baptizati Christum induerunt in Baptismo, Gal. 3. & spiritum Christi habent, qui Christum habent, Rom. 8. vers. 9.

Qui autem Christum habet, Patrem quoque habet. Quia Joan. 10. v. 30. ipse & pater vnum sunt. Christiani ergo habent Deum. Explica latius.

F I N I S.

T H E M A LVIII.

Psal. 77. v. 2. & 3.

In tempore tribulationis requisivi Dominum, &c. Cum perturbatus sum, recordabor Dei, in angustiis loquebar.

D I S P O S I T I O.

Commendatur Hiobus hoc nomine, quod licet gravissimas perpeffus tribulationes, tamen non peccaverit contra Dominum, Job. 1. v. 22. Et ideo David ori suo custodiam vult ponere, ne peccet contra Dominum ore suo aut lingua, Psal. 39. v. 2. Graue hoc est & difficilimum, præsertim in tentationibus gravissimis internis, & spiritualibus, quæ omnem animi vigorem absumunt. Neque vero tantum lingua aut ore, sed cogitationibus etiam internis & oculis, tum peccatur, contra Deum. Id ne fiat, Psaltes his verbis, suo exemplo præscribit modum, quomodo in tantis angustiis agendum, ne vel cogitationibus, vel dictis, vel factis peccemus. Hæc ars artium erit, si discamus illam.

Dicemus itaque ordine 1. In tribulationibus & angustiis, quid cogitandum. 2. Quid loquendum. 3. Quid faciendum.

I. Pars.

Antequam pergamus ad institutum, sciendum, hic esse sermonem de internis tribulationibus animi, quas vocat perturbationes & angustias. Nec de leuioribus loquitur, quas